

1813

C A S U I S T I C I

1814

II. p. 181. nihil tamen de Lite  
nostra eidem intentata.

DCCLV.

- U. 774 Codex membraneus lat. Sec.  
XIV. Folior. 183. f. eleganter  
exaratus, aliud Exemplar est ejus-  
dem *Summae*, olim *Job. Fabri* no-  
stri κρημα, gaudetque hac clausu-  
la: *Comparatus libellus iste, videli-  
cet Summa Pyzana per discretum  
virum, Jacobum Presbyterum or-  
tum de Werona (Beraun); Fini-  
tus autem est et completus per  
Matthiam Parwinum de Grecz Re-  
gine super Albea (Albi fl.) sub  
anno Domini. 1399. Feria V.  
Hora quasi meridiei. Amen.*

DCCLVI.

- U. 775 Codex membraneus lat. Sec.  
XV. Folior. 222. f. olim *Ber-  
tholdi de Emmerstorf* Presbyteri  
*Pata.* Dioec. tertium Exemplar  
est relatae *Summae*, ita subscri-  
ptum: *Completus est hic liber in  
vigilia beatorum Petri et Pauli  
Apostolorum. Anno Domini 1403.*

*Poeniteas cito peccator, cum sit miserator  
Judex, et sunt haec quinque tenenda tibi. &c.*

quique cum alio Commentario fi-  
mili lucem videre non semel sub  
Typographiae primordia. An au-  
tem hi Verficuli *Johannis de Gar-  
landia* sint, non nisi *Bodlejana* de-  
cidere potest.

*Denis Codd. Theol. V. II. P. III.*

DCCLVII.

Codex chartaceus lat. germ. U. 697  
Sec. XV. Folior. 183. f. non  
una manu perscriptus per duas co-  
lumnas et rubricis distinctus com-  
plectitur sequentia: I. *Summam*,  
ut e calce adsumo, *penitentiarum*,  
cujus initium: *Si Operam medican-  
tis expectas, Oportet ut vlnus de-  
tegas. Hec propositio scribitur a  
boetio in libro de consolacione phi-  
losophye &c.* Hunc Praefatorem  
alium esse ab Autore Opusculi  
mox patet: *Causa efficiens secun-  
dum quosdam fuit magister Johannes  
de Garlandia. Quidam tamen dicunt  
quod Bernhardus siluestris. — Ti-  
tulus talis est. Incipit summa pe-  
nitentiarum Magistri Johannis de  
garlandia &c.* Vir hic, de quo  
plura *Leyserus*, *Fabricius*, et  
*Tannerus*, qui illum rectius a Sec.  
XI. ad XIII. reponit, Poeta fuit  
et Carmen elegiacum de *Poeniten-  
tia* condidit, quod *ms.* extat in  
*Bodlejana*; atque inde fortassis er-  
ror. Sed neque *Bernardum* illum  
*Silvestrum*, seu *Carnotensem* de  
*Poenitentia* scripsisse reperio. Quid  
igitur est? Commentarium habe-  
mus in Verficulos, quorum ini-  
tium:

II. fol. 14. praemisso Capitem  
Indice *Incipit liber de miseria hu-  
mane condicionis editus a lotario  
Dyacono cardinali Sanctorum Ser-  
gi et bachi. Qui postea innocenci-  
us papa appellatus est. Saepe a no-  
bis*

C

bis

bis et hoc, et superiore *Vol.* relatus.

III. fol. 27. p. 2. *Incipit Prologus super pater noster.* Ut Expositionem hanc a tot aliis dignificas, Prologus ita orditur: *Pater noster &c.* Scribit cantor parisiensis in opere suo super psalm. quod vice quadam beato augustino sompniavit &c. Ex hac phrasi Expositorem nostrum Germanum fuisse apparet; Cantor vero ille Petrus Pictaviensis est, mortuus a. 1197. Quae scripsit in Biblia, lucem nunquam viderunt. Initium ipsius Expositionis est: *Pater noster &c.* *Quare deus pater noster dicitur et appellatur? Causam reddit deuteronomium ubi dicit. procreavit te deus tuus &c.*

*Vipera vim perdit sine vi pariente puella.*

*Virgo salutatur inuupta manens grauidatur.*

Habes igitur hic Exemplar rarissimae illius xylographicae Impressionis tabellaris *Biblicorum* vulgo dictorum *Pauperum* descriptae ab Heinekenio in *Idée generale d'une Collect. compl. d'Estamp.* p. 307. quam etiam Bibliotheca Palatina nostra servat; sed desunt Codici Iconismi, et XI. ultimae Allegoriae, continuoque transitur ad alteram Congeriem, videlicet Exemplorum, ita: *Spiritus* (i. Christus) *dicitur triplicem coronam habuisse. Prima fuit carnea &c.* Simplicitati admodum credulae scripta sunt haec Exempla.

VI. fol. 48. *Collacio*, ut in calce, *Magistri Syfridi. Διακριντικον* medicum, quod incipit: *Inquit*

IV. fol. 40. *Quare corpus christi in altari eleuatur.* Redduntur Rationes VIII. quarum prima: *Corpus christi multis de causis eleuatur a sacerdote in missa. Prima causa est ad gratiam Dei patris obtinendam quem peccatis nostris offendimus &c.*

V. fol. 41. ἀνεπιγραφως Congeries Allego-riarum et Ex-emplorum, et prior quidem pervadens My-steria Vitae Christi inde ab salute Angeli, hoc initio: *Legitur in genesi quod dominus dixit serpenti. super pedus tuum gradieris &c.* Allegoriis singulis subicitur Distichon, atque huic primae:

*galiemus eos qui ignorant sanati- uam dyetam decens est cicius quam secundum nature rationem mori. Hec autem consistit in debita &c. rerum non naturalium super huma- num corpus approximatione &c.* De singulis itaque tractat Noster, capitique de *Evacuationibus* ultimo plurimum immoratur, adhibito Galeno, Aristotele et quibusdam Arabibus. Quis fuerit, mihi incompertum est. Neque magis scio, an ea, quae adhaerent, de Phlebotomia, de Nutriments, Balneis, Coitu, Mensium tempe- rie, ad illum pariter sint refe- renda.

VII. fol. 62. Series *Evange- liorum* a Vigilia Natalis D. usque ad

1817

CASUISTICI

1818

ad Sabbatum post Dom. I. Quadrag. germanice verfa, hoc initio: *Do vnser frawe sand Maria wart gemebelt joseph, Ee daz si ze saameen chommen do wart si swanger in irem leib vnd was daz von dem beyligen geyst. Wann joseph ir man güt vnd gerecht waz, do wolt er sey taugentleichen lätzen vngemaylt &c. Taugentleichen secreto a Taugen, Tougen Arcana, Vngemaylt intactam a Mail Macula. Ita et per decursum plura alia, quae Versionem hanc Sec. XV. antiquiorem faciunt.*

VIII. fol. 70. absque ulla inscriptione sequitur lingua germanica Jus Municipale Viennense tributum in Rubricas CXVII. quod Vol. III. Scriptor. Rer. Austr. edidit e Cod. Prandaviano Cl. Adrianus Rauch Schol. Piar. p. 144. 4. sub a. 1435. descriptum, phrafi tamen saltem Seculum XIV. sapiente. Praefatio init: *Got vater Almechtiger seyt du dew welt beschaffen hast ze lob deinem namen &c. Multis Rubricis excedit quidem Prandavianus Codicem nostrum tam sparsim, quam sub finem; adscribam tamen, quae in eo deesse deprehendi, et primum quidem Rubricam integram nobis fol. 100. p. 2. n. 97. Impressis vero inferendam p. 232. ante Rubr. Von uberczymern, de Jure aedificandi. Habet autem sic: Ein ygleich man zimert wol auf daz sein wie hoch er wil mit recht, es sey denn ein solches haus das schaden davon geschech, als Raub Häuser vnd solich hoches paw, das vor einer Stat auffer halb der purger*

*Tor gelegen sind, die selben bütser die schol man nicht über paw dar umb, ob ein stat besetzen würd, daz die veind icht leger stet darinne gewinnen, noch chain ebenhöch gegen der Purbt maur. Awer swo daz ist, do ein man in einer stat gesezzen ist, der zimert vnd maurt wol auf daz sein, wie hoch er wil, mit recht. Es (kann) auch chain man liechtes venster haben in des andern haws vnd hoch (Hof) über seinen willen, es sey dann von einem altem recht her chömen, vnd daz des die alten umbsetzen (Vicini) wol gedenchen, oder verschriben sey mit Hautuesten, vnd die weil nicht bewart ist mit der ainem, so verzimert ein man dem andern wol sein liecht, das er hat in sein haus oder in sein hoff über sein willen. Dein ad Rubr. Von ainer zwischen maur, de Muro communi, in Imprefs. p. 234. definentem: oder mit lebentign gezeugn, prosequitur Noster fol. 101. p. 2. Ist awer das in den zeiten die selb maur nider get, vnd der chlager sein Recht willichleich erlangt, allen den schaden den er di weil nympt, den mues jm der antwurter ablegen recht als er stat an jm vindet. Ist er awer seinem geweren zu pietern, der jm das haus vnd leicht die mawr anders hat ze chauffen geben, dem es mit altem Recht her chömen ist, vnd das auch die ze rechter zeit gewer sein warn, vnd in die antwurtt für In gestanden sein, So mues der selb gewer an ains stat pidenthalben pezzern dem chlager sein schaden, dem Rich-*

C 2

ter

ter das wandel. Ist das es Im an behabt ist mit zeugen, als recht ist. Viennensibus haec Jura scripta fuisse, patet e Rubricae II. initio: *Swær ze wienn vorsprech* (Advocatus) *ist in der schramm* &c. Singulare illud Rubr. LXXIX. de *Morgengeba* non alienanda, si Mulier, se invitam esse, juret *auf irn zwain prusten vnd auf irn zwain czopffen*, id est, per ubera et tricas suas, sive comam bifariam plexam. In calce habetur: *Iste liber scriptus est per manus Jacobi Suzz*, et subjecta est Salutatio angelica, sed tantum usque ad: *ventris tui Amen*.

IX. fol. 107. ἀδεσπότης succedit compendium Juris civilis hoc ingressu: *Propter paternalem amorem quem ad filios meos dilectos habeo, aggressus sum ex parvitate ingenij mei multis vigilijs et laboribus immensis unam summam legum breuem leuem et utilem stilo clarissimo componere, ut in ea se exerceant, quousque perueniant ad maiora*. Nulli operae peperci, ut Autorem hujus *Summae* cognoscerem, sed omnem lusi. Video tamen apud Panzirol. *de claris Leg. Interpretib.* L. II. c. 18. primum, qui *Summam Juris* conderet, fuisse Sec. XII. Rogerium, eamque 20. chartarum numerum non excessisse, quod a nostra non multum abit. Dividitur ea in Libros III. quorum I. *de Justitia*. II. *de Jure rerum*. III. *de Actionibus*. Libri in Rubricas tribuuntur. In Italia conscriptam fuisse e penult. L. II. Rubr. arguo: *Scolaris qui bononie moratur subiectus est iure*

*communi iudici bononiensi* &c. inde vero adlatam ab Homine nostrate persuadent inserta germanica, v. g. ad Rubr. L. III. *de Jure Emphiteotico*, id est *Erbczins*, et Rubr. ult. *De friuolo alterius Domus ingressu quod Haymsuech dicitur*, et: *si est cum bantbafft cum duobus testibus superetur, si est sine bantbafft* (deprehensione in flagranti) *tunc cum septem testibus superetur ut ius est*. Eadem Rubr. meminit abrogatae expurgationis per duellum, per candens ferrum, per aquam bullientem.

X. fol. 162. Visio lingua germanica, quae incipit: *In dem Namen Gots Jesu Christi. Amen. An dem Auffert abent* &c. quamque recensam dedi Vol. I. P. 2. col. 1571. Vacillabat ibi, ut dixi, annus restituendae felicitatis publicae; at in exemplo praesente aperte habes: *Vnd daz wirt alles geschechen. wann man zalt von christi gepurt vierczeben hundert jar vnd darnach in dem ersten jar, cujus temporis Historia parum sane subfragatur Videnti nostro*.

XI. fol. 64. p. 2. Remedia quaedam superstitiosa. En Specimen. *Ad furtum scribe in pergamento virgineo K. et pone in aurem dextram cum dormias et apparebit furtum*. Accedit Schema sive *Arbor VII. Peccatorum mortalium*.

XII. fol. 67. *Domino suo excellentissimo et in cultu christiane religionis scientissimo Bindoiacone (sic) de valencia ciuitatis tripoli glorioso pontifici philippus suorum minimus clericorum se ipsum et fidelis*

1821

C A S U I S T I C I.

1822

*delis deuocionis obsequium. Quantum luna ceteris stellis est lucidior &c.* Ita praefatur *Pbilippus* hic ad latinam ex Arabico versionem *Pseudaristotelis ad Alexandrum M. de Secretis Secretorum*, cujus Exemplum retuli *Vol. I. P. 2. col. 2099.* ista tamen Praefatione carens. Ait in hac: *Cum apud antiochiam vobiscum essem repertam hanc preciosissimam phylsophie margaritam placuit vestre dominacioni ut transferrem de lingua arabica in latinam.* Verterat porro e graeca in chaldaicam, indeque in arabicam, *Johannes* quidam *Patritii* filius, ut praefertur; ego vero Arabis cujusdam foetum puto. Quae insunt, edisseruit *Mich. Neander* in *Erotemat. Ling. Hebr.* p. 558. quae legi etiam possunt in *Fabricii Bibl. gr. L. III. c. 6. p. 168.* Impressum extare *Opusculum*, jam dixi *l. supracit.* Quid monstro vocis *Bindoiacone* faciam, nescio; reperio tamen Episcopum *Tripoleos Syriae* nomen suum a *B.* ordientem, ad quem in *Cruciatarum* negotio literas dedit *Nicolaus IV. a. 1289.* Clausula Codicis est: *Completus est tractatus de signis naturalibus hominum ad regem magnificum alexandrum qui dominatus fuit toti orbi dictus monarcha in septemtrione.*

DCCLVIII.

R. 2225 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 168. 8. nitide exaratus, literis quibusdam initiorum picturatis, quarum prima Autorem

habitu Ordinis sui exhibet scribentem, et olim Bibliothecae Episcopat. *Neostadiensis* praemissis quibusdam de *Examine Confitentium* instituendo alia manu adscriptis hunc Titulum praefert: *Incipit summa fratris borcardi de ordine fratrum predicatorum*, et ad calcem habet: *Explicit summa de penitentia fratris brucardi theotonic. de ordine fratrum predicatorum.* Vides Autoris nomen ne apud eundem quidem *Librarium* constare, quid mirum, si apud diversos *Burchardum*, *Boucardum*, *Brocardum*, *Buchardum* legas. Cum *Teuto* fuerit, et *Argentinas*, ut in *Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 466.* dicitur, *Burchardo* adhaerendum videtur. *Summa* ejus constat *Libris IV.* divisus in *Capitula*, quorum *Elenchus* ad extremum adjunctus est. I. incipit *de Simonia* ita: *Simonia dicitur heresis non quod ipse actus sit hereticus &c.* II. initium est *de Homicidio.* III. *de Bigamis.* IV. *de Sponsalibus.* Opus copiosum, utut succinctum, quod miror prelum evasisse. Exemplum V. *ms.* excitat *Quetifus cit.* His sextum nostrum accedat.

DCCLIX.

Codex chartaceus lat. Sec. R. 52 XV. Folior. 242. 4. bene perscriptus, et rubricis enotatus hanc in ora inferiore p. i. Notam offert: *Iste liber qui dicitur antonina est monachorum congregationis sancte Justine de padua deputatus monasterio sanctorum Seuerini et Soffii*

C 3